

Año 28.º Jueves 1.º de Setiembre de 1881. N.º 11.º



BOLETIN ECLESIASTICO

DE LOS OBISPADOS DE

SALAMANCA Y CIUDAD-RODRIGO.

SUMARIO: Enciclica de Su Santidad.—Alocucion pontificia protestando contra los atentados cometidos en Roma en la noche del 12 de Julio.—Carta del R. P. Procurador General de Tierra Santa.—Anuncio de la Junta de los Colegios Universitarios de esta Ciudad.—Contra el libro de M. Draper.—Acta de la Junta del Santuario de la Peña de Francia.



SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

LEONIS

DIVINA PROVIDENTIA

PAPAE XIII.

EPISTOLA ENCYCLICA

AD PATRIARCHAS PRIMATES ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS
UNIVERSOS CATHOLICI ORBIS
GRATIAM ET COMMVNIONEM CVM APOSTOLICA SEDE HABENTES.

VENERABILES FRATRES

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

~~~~~  
Diurnum illud teterrimumque bellum, adversus divinam Ecclesiae auctoritatem susceptum, illuc, quo proclive erat, evasit; videlicet in commune periculum

societatis humanae, ac nominatim civilis principatus, in quo salus publica maxime nititur.—Quod hac potissimum aetate nostra factum esse apparet. Cupiditates enim populares quamlibet imperii vim audacius hodie recusant, quam antea: et tanta est passim licentia, tam crebrae seditiones ac turbae, ut iis qui res publicas gerunt non solum denegata saepe obtemperatio, sed ne satis quidem tutum incolumitatis praesidium relictum esse videatur. Diu quidem data est opera, ut illi in contemptum atque odium venissent multitudini, conceptaeque flammis invidiae iam erumpentibus, satis exiguo intervallo summorum principum vitam pluries est aut occultis insidiis aut apertis latrociniiis ad interuersionem expetita. Cohorruit tota nuper Europa ad potentissimi Imperatoris infandam necem: attonitisque adhuc prae sceleris magnitudini animis, non verentur perditum hominis in ceteros Europae principes minas terroresque vulgo iactare.

Haec, quae sunt ante oculos, communium rerum discrimina, gravi Nos sollicitudini afficiunt, cum securitatem principum et tranquillitatem imperiorum una cum populorum salute propemodum in singulas horas periclitantem intueamur.—Atqui tamen religionis christianae divina virtus stabilitatis atque ordinis egregia firmamenta reipublicae peperit, simul ac in mores et instituta civitatum penetravit. Cuius virtutis non exiguus neque postremus fructus est aequa et sapiens in principibus et populis temperatio iurium atque officiorum. Nam in Christi Domini praeceptis atque exemplis mira vis est ad continendos tam qui parent, quam qui imperant in officio, tuendamque

inter ipsos eam, quae maxime secundum naturam est, conspiracy et quasi concentum voluntatum, unde gignitur tranquillitas atque omni perturbatione carens rerum publicarum cursus.—Quapropter cum regendae Ecclesiae catholicae, doctrinarum Christi custodi et interpreti, Dei beneficio praepositi simus, auctoritatis Nostrae esse iudicamus, Venerabiles Fratres, publice commemorare quid a quoquam in hoc genere officii catholica veritas exigit: unde illud etiam emerget, qua via et qua ratione sit in tam formidoloso rerum statu salutis publicae consulendum.

Etsi homo arrogancia quadam et contumacia incitatus frenos imperii depellere saepe contendit, numquam tamen assequi potuit ut nemini pareret. Praeesse aliquos in omni consociatione hominum et communitate cogit ipsa necessitas; ne principio vel capite, a quo regatur, destituta societas dilabatur et finem consequi prohibeatur, cuius gratia nata et constituta est.—Verum si fieri non potuit, ut e mediis civitatibus politica potestas tolleretur, certe libuit omnes artes adhibere ad vim eius elevandam, maiestatemque minuendam: idque maxime saeculo XVI, cum infesta opinionum novitas complures infatuavit. Post illud tempus non solum ministrari sibi libertatem largius, quam par esset, multitudo contendit; sed etiam, originem constitutionemque civilis hominum societatis visum est pro arbitrio confingere. Immo recentiores per plures, eorum vestigiis ingredientiis qui sibi superiore saeculo philosophorum nomen inscripserunt, omnem iniquant potestatem a populo esse; quare qui eam in civitate gerunt, ab iis non uti suam geri, sed ut a po-

pulo sibi mandatam, et hac quidem lege, ut populi ipsius voluntate, a quo mandata est, revocari possit. Ab his vero dissentiunt catholici homines, qui ius imperandi a Deo repetunt, velut a naturali necessarioque principio.

Interest autem attendere hoc loco, eos, qui reipublicae praefuturi sint, posse in quibusdam caussis voluntate iudicioque deligi multitudinis, non adversante neque repugnante doctrina catholica. Quo sane delectu designatur princeps, non conferuntur iura principatus: neque mandatur imperium, sed statuitur a quo sit gerendum.—Neque hic quaeritur de rerum publicarum modis; nihil enim est, cur non Ecclesiae probetur aut unius aut plurium principatus, si [modo iustus sit, et in communem utilitatem intentus. Quamobrem salva iustitia, non prohibentur populi illud sibi genus comparare reipublicae, quod aut ipsorum ingenio, aut maiorum institutis moribusque magis apte conveniat.

Ceterum ad politicum imperium quod attinet, illud a Deo proficisci recte docet Ecclesia; id enim ipsa reperit sacris Litteris et monumentis christianae vetustatis aperte testatum; neque praeterea ulla potest doctrina cogitari, quae sit magis aut rationi conveniens, aut principum et populorum saluti consentanea.

Revera humani potentatus in Deo esse fontem, libri Veteris Testamenti pluribus locis praeclare confirmant. *Per me reges regnant... per me principes imperant, et potentes decernunt iustitiam* (1). Atque ali-

(1) Prov. viii, 15-16.

bi: *Praebete aures vos qui continetis nationes... quoniam data est a Deo potestas vobis, et virtus ab Altissimo* (1). Quod libro Ecclesiastici idem continetur: *In unamquamque gentem Deus praeposuit rectorem.* (2)—Ista tamen, quae Deo auctore didicerant, paulatim homines ab ethnica superstitione dedocti sunt; quae sicut veras rerum species et notiones complures, ita etiam principatus germanam formam pulchritudinemque corrumpit. Postmodo, ubi Evangelium christianum affulsit, veritati vanitas cessit, rursusque illud dilucere coepit, unde omnis auctoritas manat, nobilissimum divinumque principium.—Prae se ferenti atque ostentanti Praeside romano absolventi condemnandi potestatem, Christus Dominus, *non haberes*, respondit, *potestatem adversum me ullam, nisi tibi datum esset desuper* (3). Quem locum s. Augustinus explanans, *Discamus*, inquit, *quod dixit, quod et per Apostolum docuit, quia non est potestas nisi a Deo* (4). Doctrinae enim praeceptisque Iesu Christi Apostolorum incorrupta vox resonavit tamquam imago. Ad Romanos, principum ethnicorum imperio subiectos, Pauli est excelsa et plena gravitatis sententia: *Non est potestas nisi a Deo*; ex quo tamquam ex causa illud concludit: *Princeps Dei minister est* (5).

(1) Sap. vi, 3, 4.

(2) Eccl. xvii, 14.

(3) Ioan, xix, 11.

(4) Tract cxvi in Ioan, ii, 5.

(5) Ad Rom. xiii, 1, 4.

Ecclesiae Patres hanc ipsam, ad quam fuerant instituti, doctrinam profiteri ac propagare diligenter studuerunt. *Non tribuamus, s. Augustinus ait, dandi regni et imperii potestatem, nisi vero Deo.* (1) In eamdem sententiam s. Ioannes Chrysostomus. *Quod principatus sint, inquit, et quod alii imperent, alii subiecti sint, neque omnia casu et temere ferantur.... divinae esse sapientiae dico.* (2) Id ipsum s. Gregorius Magnus testatus est inquit: *Potestatem Imperatoribus ac regibus caelitus datam fatemur.* (3) Immo sancti Doctores eadem praecepta etiam naturali rationis lumine illustranda susceperunt, ut vel iis, qui rationem solam ducem sequuntur, omnino videri recta et vera debeant.—Et sane homines in civili societate vivere natura iubet, seu verius auctor naturae Deus: quod perspicue demonstrant et maxima societatis conciliatrix loquendi facultas et innatae appetitiones animi per plures, et res necessariae multae ac magni momenti, quas solitarii assequi homines non possunt, iuncti et consociati cum alteris assequuntur. Nunc vero, neque existere neque intelligi societas potest, in qua non aliquis temperet singulorum voluntates ut velut unum fiat ex pluribus, easque ad commune bonum recte atque ordine impellat: voluit igitur Deus ut in civile societate essent, qui multitudini imperarent.—Atque illud etiam magnopere valet, quod ii, quorum auctoritate respublica administratur, debent cives ita

---

(1) De Civ. Dei, lib. v, cap. 21.

(2) In epist. ad Rom. homil. xxiii, n. 1.

(3) Epist. lib. ii, epist. 61.

posse cogere ad parendum, ut his plane peccatum sit non parere. Nemo autem hominum habet in se aut ex se, unde possit huiusmodi imperii vinculis liberam ceterorum voluntatem constringere. Unice rerum omnium procreatori et legislatori Deo ea potestas est: quam qui exercent, tamquam á Deo secum communicatam exerceant necesse est. *Unus est legislator et iudex, qui potest perdere et liberare* (1). Quod perspicitur idem in omni genere potestatis. Eam, quae in sacerdotibus est, proficisci a Deo tam est cognitum, ut ii apud omnes populos ministri et habeantur et appellentur Dei. Similiter potestas patrumfamilias expressam retinet quandam effigiem ac formam auctoritatis, quae est in Deo, *a quo omnis paternitas in coelis et in terra nominatur* (2). Isto autem modo diversa genera potestatis miras inter se habent similitudines, cum quidquid usquam est imperii et auctoritatis, eius ab uno eodemque mundi opifice et domino, qui Deus est, origo ducatur.

Qui civilem societatem a libero hominum consensu natam volunt, ipsius imperii ortum ex eodem fonte petentes, de iure suo inquirunt aliquid unumquemque cessisse, et voluntate singulos in eius se contulisse potestatem, ad quem summa illorum iurium pervenisset. Sed magnus est error non videre, id quod manifestum est, homines, cum non sint solivagum genus, citra liberam ipsorum voluntatem ad naturalem communitatem esse natos: ac praeterea pactum, quod

---

(1) Iacob iv, 12.

(2) Ad Ephes. iii, 15.

praedicant, est aperte commentitium et fictum, neque ad impertiendum valet politicae potestati tantum vi-riam, dignitatis, firmitudinis, quantum tutela reipublicae et communes civium utilitates requirunt. Ea autem decora et praesidia universa tunc solum est habiturus principatus, si a Deo augusto santissimoque fonte manare intelligatur.

Qua sententia non modo verior, sed ne utilior quidem reperiri ulla potest. Etenim potestas rectorum civitatis, si quaedam est divinae potestatis communicatio, ob hanc ipsam causam continuo adipiscitur dignitatem humana maiorem: non illam quidem impiam et perabsurdam, imperatoribus ethnicis divinos honores affectantibus aliquando expetitam, sed veram et solidam, eamque dono quodam acceptam beneficioque divino. Ex quo subesse cives et dicto audientes esse principibus, uti Deo, oportebit non tam poenarum formidini, quam verecundia maiestatis, neque assentationis causa, sed conscientia officii. Qua re stabit in suo gradu longe firmitus collocatum imperium. Etenim istius vim officii sentientes cives, fugiant necesse est improbitatem et contumaciam, quia sibi persuasumesse debet, qui politicae potestati resistunt, hos divinae voluntati resistere; qui honorem recusant principibus, ipsi Deo recusare.

Ad hanc disciplinam Paulus Apostolus Romanos nominatim erudit; ad quos de adhibenda summis principibus reverentia scripsit tanta cum auctoritate et pondere, ut nihil gravius praecipere posse videatur, *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit; non est enim potestas nisi a Deo: quae autem sunt, a Deo ordinatae sunt. Itaque qui resistit potestati,*



*Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt..... Ideo necessitate subditi estote non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam* (1). Et consentiens est Principis Apostolorum Petri in eodem genere praeclara sententia: *Subiecti estote omni humanae creaturae propter Deum, sive regi quasi praecellenti, sive ducibus tamquam a Deo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum quia sic est voluntas Dei* (2).

Una illa hominibus caussa est non parendi, si quid ab iis postuletur quod cum naturali aut divino iure aperte repugnet: omnia enim, in quibus naturae lex vel Dei voluntas violatur, aequae nefas est imperare et facere. Si cui igitur usuveniat, ut alterutrum malle cogatur, scilicet aut Dei aut principum iussa negligere, Jesu Christo parendum est reddere iubenti *quae sunt Caesaris Caesari, quae sunt Dei Deo* (3), atque ad exemplum Apostolorum animose respondendum: *Obedire oportet Deo magis quam hominibus* (4). Neque tamen est, cur abiecissee obedientiam, qui ita se gerant, arguantur, etenim si principum voluntas cum Dei pugnat voluntate et legibus, ipsi potestatis suae modum excedunt, iustitiamque pervertunt: neque eorum tunc valere potest auctoritas, quae, ubi iustitia non est, nulla est.

Ut autem iustitia retineatur in imperio, illud magnopere interest, eos qui civitates administrant intelli-

---

(1) Ad Rom. XIII, 1, 2, 5.

(2) I Petr. II, 13-15.

(3) Matth. XXII, 21.

(4) Actor. V, 29.

gere non privati cuiusquam commodo politicam potestatem esse natam; procuracionemque reipublicae ad utilitatem eorum qui commissi sunt, non ad eorum quibus commissa est, geri oportere. Principes a Deo optimo maximo, unde sibi auctoritas data, exempla sumant: eiusque imaginem sibi in administranda reipublica proponentes, populo praesint cum aequitate et fide, et ad eam, quae necessaria est, severitatem paternam caritatem adhibeant. Huius rei causa sacram Litterarum oraculis monentur, sibimetipsis Regum et Domino dominantium aliquando rationem esse reddendam; si officium deseruerint, fieri non posse ut Dei severitatem ulla ratione effugiant. *Altissimus interrogabit opera vestra et cogitationes scrutabitur. Quoniam cum essetis ministri regni illius, non recte iudicastis,.... horrende et cito apparebit vobis, quoniam iudicium durissimum his qui praesunt fiet... Non enim subtrahet personam cuiusquam Deus, nec verebitur magnitudinem cuiusquam, quoniam pusillum et magnum ipse fecit, et aequaliter cura est illi de omnibus. Fortioribus autem fortior instat cruciatio* (1).

Quibus praeceptis rempublicam tuentibus, omnis seditionum vel causa vel libido tollitur: in tuto futura sunt honos et securitas principum, quies et salus civitatum. Dignitati quoque civium optime consulitur: quibus inobedientia ipsa concessum est decus illud retinere, quod est hominis excellentiae consentaneum. Intelligunt enim, Dei iudicio non esse servum neque

---

(1) Sap. vi, 4, 5, 6, 8.

iberum; unum esse Dominum omnium, divitem *in omnes qui invocant illum* (1) se autem idcirco subesse et obtemperare principibus, quod imaginem quodammodo referant Dei, *cui servire regnare est*.

Hoc vero semper egit Ecclesia, ut christiana ista civilis potestatis forma non mentibus solum inhaeresceret, sed etiam publica populorum vita moribusque exprimeretur. Quamdiu ad gubernacula reipublicae imperatores ethnici sederunt, qui assurgere ad eam imperii formam, quam adumbravimus, superstitione prohibebantur, instillare illam studuit mentibus populorum, qui simul ac christiana instituta susciperent, ad haec ipsa exigere vitam suam velle debebant. Itaque pastores animarum, exempla Pauli Apostoli renovantes, cura et diligentia summa populis praecipere consueverunt, *principibus et potestatibus subditos esse, dicto obedire* (2); item orare Deum pro cunctis hominibus, sed nominatim *pro regibus et omnibus qui in sublimitate sunt: hoc enim acceptum est coram Salvatore nostro Deo* (3). Atque ad hanc rem omnino praeclara documenta christiani veteres reliquerunt: qui cum ab imperatoribus ethnicis iniustissime et crudelissime vexarentur, nunquam tamen praetermiserunt gerere se obedienter et submisse, plane ut illi crudelitate, isti obsequio certare viderentur. Tanta autem modestia, tam certa parendi voluntas plus erat cognita, quam ut obscurari per calumniam malitiam-

---

(1) Ad Rom. x, 12.

(2) Ad Tit. iii, 1.

(3) I Timoth. ii, 1-3.

que inimicorum posset. Quamobrem qui pro christiano nomine essent apud imperatores publice caussam dicturi, in hoc potissimum argumento iniquum esse convincebant in christianos animadvertere legibus, quod in oculis omnium conuenientes legibus in exemplum viverent. Marcum Aurelium Antonium et Lucium Aurelium Commodum filium eius sic Athenagoras confidenter alloquebatur: *Sinitis nos, qui nihil mali patramus, immo omnium..... piissime iustissimeque cum erga Deum, tum erga imperium vestrum nos gerimus, exagitari, rapi, fugari* (1). Pari modo Tertullianus laudi christianis aperte dabat, quod amici essent Imperio optimi et certissimi ex omnibus: *Christianus nullius est hostis, nedum Imperatoris, quem sciens a Deo suo constitui, necesse est ut ipsum diligat et revereatur et honoret et salvum velit cum toto romano imperio* (2). Neque dubitabat affirmare, in imperii finibus tanto magis numerum minui inimicorum consuevisse, quanto cresceret christianorum. *Nunc pauciores hostes habetis prae multitudine christianorum, pene omnium civitatum pene omnes cives christianos habendo* (3). Praeclarum est quoque de eadem re testimonium in *Epistola ad Diognetum*, quae confirmat, solitos eo tempore christianos fuisse non solum inservire legibus, sed in omni officio plus etiam ac perfectius sua sponte facere, quam cogentur facere legibus. *Christiani obse-*

---

(1) Legat. pro Cristianis.

(2) Apolog. n. 35.

(3) Apolog. n. 37.

*quantur legibus, quae sancitae sunt, et suae vitae genere leges superant.*

Alia sane tum caussa erat, cum a fide christiana, aut quoquo modo ab officio deficere Imperatorum edictis ac Praetorum minis iuberentur: quibus temporibus profecto displicere hominibus quam Deo maluerunt. Sed in iis ipsis rerum adiunctis tantum aberat ut quidquam seditiose facerent maiestatemve imperatoriam contemnerent, ut hoc unum sibi sumerent, sese profiteri, et christianos esse et nolle mutare fidem ullo modo. Ceterum nihil de resistendo cogitabant; sed placide atque hilare sic ibant ad tor-toris equuleum, ut magnitudini animi cruciatuum magnitudo concederet.—Neque absimili ratione per eadem tempora christianorum vis institutorum spectata est in militia. Erat enim militis christiani summan fortitudinem cum summo studio coniungere disciplinae militaris: animique excelsitatem immobili erga principem fide cumulare. Quod si aliquid rogaretur quod non esset honestum, uti Dei iura violare, aut in insontes Christi discipulos ferrum convertere, tunc quidem imperata facere recusabat, ita tamen ut discedere ab armis atque emori pro religione mallet, quam per seditionem et turbas auctoritati publicae repugnare.

Postea vero quam respublicae principes christianos habuerunt, multo magis Ecclesia testificari ac praedicere institit, quantum in auctoritate imperantium inesset sanctitatis: ex quo futurum erat, ut populis, cum de principatu cogitarent, sacrae cuiusdam maiestatis species occurreret, quae ad maiorem principum cum verecundiam tum amorem impelleret. Atque

huius rei caussa, sapienter providit, ut reges sacrorum solemnibus initiarentur, quod erat in Testamento Veteri Dei auctoritate constitutum—Quo autem tempore civilis hominum societas, tamquam e ruinis excitata imperii romani, in spem christianae magnitudine revixit, Pontifices Romani, instituto *imperio sacro*, politicam potestatem singulari ratione consecraverunt. Maxima quidem ea fuit nobilitatis ad principatum accessio: neque dubitandum quin magnopere illud institutum et religiosae et civili societati semper fuisset profuturum, si quod Ecclesia spectabat, idem principes et populi semper spectavissent.—Et sane quietae res et satis prosperae permanserunt, quamdiu inter utramque potestatem concors amicitia mansit. Si quid tumultuando peccarent populi, praesto erat conciliatrix tranquillitatis Ecclesia, quae singulos ad officium vocaret, vehementioresque cupiditates partim lenitate, partim auctoritate compesceret. Similiter si quid in gubernando peccarent principes, tum ipsa ad principes adire, et populorum iura, necessitates, recta desideria commemorando, aequitatem, clementiam, benignitatem suadere. Qua ratione pluries est impetratum, ut tumultuum et bellorum civilium pericula prohiberentur.

Contra inventae a recentioribus de potestate politicae doctrinae magnas iam acerbitates hominibus attulerunt, metuendumque ne extrema malorum afferant, in posterum. Etenim ius imperandi nolle ad Deum referre auctorem, nihil est aliud quam politicae potestatis et pulcherrimum splendorem velle deletum et nervos incisos. Quod autem inquit ex arbitrio illam pendere multitudinis, primum opinione falluntur;

deinde nimium levi ac flexibili fundamento statuunt principatum. His enim opinionibus quasi stimulis incitatae populares cupiditates sese efferent insolentius, magnaue cum pernicie reipublicae ad coecos motus, ad apertas seditiones proclivi cursu et facile delabentur. Revera illam, quam *Reformationem* vocant cuius adiutores et duces sacram civilemque potestatem novis doctrinis funditus oppugnaverunt, repentini tumultus et audacissimae rebelliones praesertim in Germania consecutae sunt: idque tanta cum domestici deflagratione belli et caede, ut nullus pene locus expers turbarum et cruoris videretur.—Ex illa haeresi ortum duxit saeculo superiore falsi nominis philosophia, et ius quod appellant *novum*, et imperium populare, et modum nesciens licentia, quam plurimi solam libertatem putant. Ex his ad finitimas pestes ventum est, scilicet ad *Communismum*, ad *Socialismum*, ad *Nihilismum*, civilis hominum societatis teterrima portenta ac pene funera. Atqui tamen tantorum malorum vim nimis multi dilatare conantur, ac per speciem iuvaudae multitudinis non exigua iam miseriarum incendia excitaverunt. Quae hic modo recordamur, ea nec ignota sunt nec valde longinqua.

Hoc vero est etiam gravius, quod non habent principes in tantis periculis remedia ad restituendam publicam disciplinam pacandosque animos satis idonea. Instruunt se autoritate legum, eosque, qui rempublicam commovent, severitate poenarum coercendos putant. Recte quidem: sed tamen serio considerandum est, vim nullam poenarum futuram tantam, quae conservare respublicas sola possit. Metus enim, ut prae-

clare docet sanctus Thomas, *est debile fundamentum: nam qui timore subduntur, si occurrat occasio qua possint impunitatem sperare, contra praesidentes insurgunt eo ardentius, quo magis contra voluntatem ex solo timore cohibebantur.* Ac praeterea *ex nimio timore plerique in desperationem incidunt: desperatio autem audacter ad quaelibet attentanda praecipitat* (1). Quae quam vera sint, satis experiendo perspeximus. Itaque obediendi altiore et efficaciorē causam adhiberē necesse est, atque omnino statuere, nec legum esse posse fructuosam severitatem, nisi hominis impellantur officio, salutarique metu Dei permoveantur. Id autem impetrare ab iis maxime religio potest, quae sua vi in animos influit, ipsasque hominum flectit voluntates, ut eis, a quibus ipsi reguntur, non obsequio solum, sed etiam benevolentia et caritate adhaerescant, quae est in omni hominum coetu optima custos incolunitatis.

Quamobrem egregie Pontifices Romani communī utilitati servisse iudicandi sunt, quod *Novatorum* frangendos semper curaverunt tumidos inquietosque spiritus, ac persaepe monuerunt, quantum ii sint civili etiam societati periculosi. Ad hanc rem digna, quae commemoretur, Clementis VII sententia est ad Ferdinandum Bohemiae et Hungariae regem: *In hac fidei causa tua etiam et ceterorum principum dignitas et utilitas inclusa est, cum non possit illa convelli quin vestrarum etiam rerum labefactionem secum trahat; quod clarissime in locis istis aliquod pers-*

---

(1) De Regim, Princip. 1. cap. 10.



*pectum sit.*—Atque in eodem genere summa providentia et fortitudo enituit Decessorum Nostrorum, praesertim autem Clementis XII, Banedicti XIV, Leonis XII, qui cum consequentibus temporibus pravaram doctrinarum pestis latius serperet, *sectarumque* audacia invalesceret, oppositum auctoritatis suae aditum illis intercludere conati sunt.—Nos ipsi pluries denunciavimus, quam gravia pericula impendeant, simulque indicavimus, quae sit eorum propulsandorum ratio optima. Principibus ceterisque rerum publicarum moderatoribus praesidium religionis obtulimus, populosque hortati sumus, ut summorum bonorum copia, quam Ecclesia suppeditat, maxime uterentur. Id nunc agimus, ut ipsum illud praesidium, quo nihil est validius, sibi rursus oblatum principes intelligant eosque vehementer in Domino hortamur, ut religionem tueantur, et, quod interest etiam reipublicae, ea Ecclesiam libertate frui posse sinant, qua sine iniuria et communi pernicie privari non potest. Profecto Ecclesia Christi neque principibus potest esse suspecta, neque populis invisae. Principes quidem ipsa monet sequi iustitiam, nullaque in re ab officio declinare; at simul eorum roborat multisque rationibus adjuvat auctoritatem. Quae in genere rerum civilium versantur, ea in potestate supremoque imperio eorum esse agnoscit et declarat: in iis quorum iudicium, diversam licet ob causam, ad sacram civilemque pertinet potestatem, vult existere inter utramque concordiam, cuius beneficio funestae utrique contentiones devitantur. Ad populos quod spectat, est Ecclesia saluti cunctorum hominum nata, eosque semper dilexit uti parens. Ea quippe est, quae caritate

praeunte mansuetudinem animis impertiit, humanitatem moribus, aequitatem legibus: atque honestae libertati nusquam inimica tyrannicum dominatum semper detestari consuevit. Hanc quae insita in Ecclesia est, bene merendi consuetudinem paucis praeclare expressit sanctus Augustinus: *Docet (Ecclesia) reges prospicere populis, omnes populos se subdere regibus: ostendens quemadmodum et non omnibus omnia, et omnibus caritas. et nulli debetur iniuria* (1).

His de causis opera vestra, Venerabiles Fratres, valde utilis ac plane salutaris futura est, si industriam atque opes omnes, qua Dei munere in vestra sunt potestate, ad deprecanda societatis humanae vel pericula vel incommoda Nobiscum contuleritis. Curate ac providete, ut quae de imperio deque obediendi officio ab Ecclesia catholica praecipiantur, ea homines et plane perspecta habeant, et ad vitam agendam diligenter utantur. Vobis auctoribus et magistris, saepe populi moneantur fugere vetitas sectas, a coniurationibus abhorrere, nihil seditiose agere: iidemque intelligant, qui Dei causa parent imperantibus, eorum esse *rationabile obsequium*, generosam obedientiam. Quoniam vero Deus est, *qui dat salutem regibus*, (2), et concedit populis *conquiescere in pulchritudine pacis et in tabernaculis fiduciae et in requie opulenta*, (3), ipsum necesse est orare atque obsecrare, ut omnium mentes ad honestatem veritatemque flectat, iras com-

(1) De morib. Eccl. lib. 1, cap. 30.

(2) Psal. cXLIII, 11.

(3) Isai xxxii, 18.

pescat, optatam diu pacem tranquillitatemque orbi terrarum restituat.

Quo autem spes firmior sit impetrandi, deprecatores defensoresque salutis adhiheamus, Mariam Virginem magnam Dei parentem, auxilium christianorum, tutelam generis humani: S. Iosephum castissimum sponsum eius, cuius patrocinio plurimum universa Ecclesia confidit: Petrum et Paulum Principes Apostolorum, custodes et vindices nominis christiani.

Interea divinorum munerum auspitem Vobis omnibus Venerabiles Fratres, Clero et populo fidei vestrae commisso Apostolicam Benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die XXIX Iunii A. MDCCCLXXXI, Pontificatus Nostri Anno Quarto.

LEO PP. XIII.

---

ALOCUCION DE NUESTRO SANTISIMO PADRE  
**LEON XIII,**

DIRIGIDA EL DIA 4 DE AGOSTO DE 1881, Á LOS CARDENALES DE LA SANTA IGLESIA ROMANA EN EL PALACIO VATICANO.

*Venerables Hermanos:*

Nos hemos apresurado á convocaros para, al tratar de la creacion de Obispos, aprovechar la oportunidad de manifestaros Nuestro corazon y haceros participantes del dolor que Nos han causado hace pocos dias los acontecimientos atroces y execrables ocurridos en Roma, cuando eran conducidas las ce-

nizas de Nuestro Predecesor de feliz memoria Pio IX. De este hecho inesperado é indigno mandamos á Nuestro amado Hijo el Cardenal Secretario de Estado dar cuenta á los Príncipes. Pero además la injuria inferida á Nuestro gran Predecesor y la dignidad pontificia profanada Nos imponen el deber de levantar hoy Nuestra voz para que Nuestros sentimientos sean confirmados públicamente por Nosotros mismos y para que sepa el mundo católico que hemos viudicado, como Nos es posible, la memoria de aquel Santísimo Varon y defendido la majestad del Pontífice máximo.

Pio IX, como sabeis Venerables Hermanos, dispuso que su cuerpo fuera sepultado en la Basílica de S. Lorenzo. extramuros. Y así, conviniendo cumplir en esta parte su última voluntad, avisados los que están encargados de conservar la seguridad pública, se determinó que el cuerpo fuese sacado de la Basílica Vaticana en el silencio de la noche y en la hora que suele ser la más sosegada. Asimismo se acordó que la traslacion no se hiciese con aquel aparato, que es propio de la dignidad Pontificia y de las instituciones de la Iglesia, sino con el que permite la presente situación de la misma. Pero la noticia de este suceso se extiende repentinamente por todo Roma, y el pueblo romano que recuerda bien los beneficios y virtudes de tan gran Pontífice, espontáneamente declara que quiere dar testimonio de su respeto y amor á su padre; testimonio de amor y gratitud que había de ser sin duda digno de la cordura y religion del pueblo romano, pues que el propósito se reducía á acompañar convenientemente el funeral, ó á presenciar su paso reunidos y llenos de veneracion.

En el día y hora determinados salió del templo Vaticano el cortejo fúnebre, derramándose una gran multitud de ciudadanos de todas clases por las encrucijadas y por las calles. Gran número de personas iba cerca del féretro, mayor aún en el acompañamiento, con paso tranquilo y grave. Por parte de éstas, que iban recitando las oraciones del caso, no hubo ni una palabra ni un ademán que pareciera que podía provocar á nadie ni mover á las turbas. Mas hé aquí que desde el principio una pandilla de malvados bien conocidos perturban con descompuestos gritos el lúgubre Oficio. Poco después aumentando el número y la audacia, se multiplican las amenazas y los tumultos; se maldice á las cosas más santas; se recibe á las personas más distinguidas con silbidos é injurias, se rodea en ademán hostil el acompañamiento fúnebre, respirando amenazas en el semblante, en las palabras y en la ira y se le acomete á porfía con golpes y con piedras. Y lo que es más, lo que ningún pueblo bárbaro habría intentado, no perdonaron ni á las reliquias del Santísimo Pontífice. Porque no sólo fué ultrajado el nombre de Pio IX, sino que fueron arrojadas piedras sobre el carro de cuatro caballos, en que eran conducidas las reliquias, y se gritó repetidamente que se debían arrojar las desenterradas cenizas; asqueroso espectáculo que continuó durante un largo camino por tiempo de dos horas. Y si no se llegó hasta el último extremo, débese á la moderación de los que, provocados con toda violencia y descaro, prefirieron sufrir con paciencia á permitir en modo alguno que se verificáran sucesos más funestos al llenar aquel deber de piedad.

En vano se empeñan en disminuir ó negar, los que tienen interés en ello, estos hechos conocidos de todos y confirmados con documentos públicos, que donquiera fueron conocidos, no solo han llenado de tristeza á los católicos, sino que han escitado la más sincera indignación en todos los hombres que conservan sentimientos de humanidad. De todas partes llegan diariamente á Nos cartas detestando tan afrentosa mancha y tan inhumano crimen.

Pero á Nos, más que á nadie ha causado la mayor angustia y pesar este nefando y grave suceso. Y puesto que Nuestro deber Nos obliga á defender la majestad del Pontificado Romano y la respetable memoria de Nuestros Predecesores, por eso, Venerables Hermanos, en presencia vuestra Nos quejamos y deploramos el horrorosísimo crimen y pedimos satisfacción de la injuria inferida, cuya culpa es de quienes no han defendido del furor de los malvados, ni los derechos de la religion ni la libertad de los ciudadanos. Y de aquí deduzca el mundo católico qué seguridad Nos queda en Roma. Ya se conocía y sabía bien que estábamos reducidos á una condicion dura é insoporable por muchas razones; mas el suceso reciente, de que hablamos, la ha puesto más de relieve y dado á conocer que, si es amargo para Nos el presente estado de cosas, más amarga es aún la perspectiva de las que se esperan. Porque si tan indignísimos alborotos y tan grandes tumultos han acompañado á las cenizas de Pío IX, quién podrá asegurar que no tendrian igual audacia los malvados, si Nos vieran andar por Roma de la manera que conviene á Nuestra dignidad? Particularmente, si tomaban como pretesto el que

Nuestro deber Nos hubiera obligado ya á condenar, como no justas, las leyes publicadas en la Ciudad, ya á reprender alguna otra pública injusticia. Por donde se ve más y más claramente que no podemos permanecer en Roma mas que como cautivos en el Vaticano. Y lo que es más, si alguno examina ciertos indicios que á cada paso se advierten y piensa al mismo tiempo que se han conjurado claramente las sectas para la ruina del nombre católico, con razon se podrá asegurar que se están madurando los más perniciosos designios contra la Iglesia de Cristo y el Pontífice máximo.

Nos observamos, como es Nuestro deber, estos progresos de la lucha que se agrava, y al mismo tiempo pensamos que es lo que más conviene para Nuestra defensa. Puesta toda Nuestra esperanza en Dios, estamos resueltos á pelear con el mayor denuedo por la salvacion de la Iglesia, por la libertad del Pontífice, por los derechos y majestad de la Silla Apostólica; y á no rehusar en esta lucha los trabajos, ni á temer las dificultades. Y no hemos de luchar solos, porque confiamos mucho en vuestra virtud y constancia, Venerables Hermanos. Nos sirve de gran consuelo y apoyo el amor y la religion de los Romanos que, rodeados de muchas asechanzas y sollicitados con toda clase de artificios, perseveran sin embargo con singular fortaleza en su obediencia á la Iglesia, en su fidelidad al Pontífice, y no desperdician ocasion de demostrar cuán profundamente tienen grabadas en sus almas esas virtudes.

## SECRETARIA DE CÁMARA.

El Procurador general de Tierra Santa ha dirigido á nuestro Excmo. Prelado la siguiente carta, con recomendacion que tambien insertamos del Excelentísimo Señor Nuncio de S. S. en Madrid.

Excmo. é Illmo. Sr.—El infrascrito, Procurador general de Tierra Santa, competentemente autorizado, tiene el honor de dirigirse á V. E. R. poniendo en su conocimiento; Que se ha trasladado desde Jerusalem á España con el fin de colectar recursos pecuniarios para atender en primer lugar al sustento de los Religiosos de Tierra Santa, que tan heróicos servicios han prestado y prestan en aquellas remotas regiones; en segundo lugar para la adquisicion de varios Santuarios muy venerables, entre los que figuran principalmente la casa de Joaquin y Ana, junto á Nazaret; Caná, donde se celebraron las bodas, y Naim, donde Jesucristo resucitó al hijo de la viuda; todos en la Galilea. El castillo de Belfagé, sobre el Olivete, donde Jesucristo ordenó á sus discípulos ir en busca del jumento para hacer su entrada solemne en Jerusalem; el solar de la Puerta Judiciaria, donde se fijó la sentencia del Salvador, y es venerado como el lugar de la 7.<sup>a</sup> estacion, con algunos otros no menos venerandos, que la prudencia no nos permite todavia especificar Y, por último, para atender á la construccion de dos iglesias en Egipto, filiales una de la Parroquia del Cairo, y otra de la de Alejandría; y otras dos de mucha mayor importancia para parroquias de primer orden en Belen y Jerusalem.



Para obtener un resultado satisfactorio cree el recurrente necesaria la recomendacion de V. E. R. para con los Párrocos y fieles de la diócesis que tan dignamente dirige, á fin de que lo anuncien en los templos y lugares que crean más oportunos, y las limosnas recogidas sean por conducto de V. E. R. remitidas al Excmo. Sr. Nuncio de S. S. ó puestas á disposicion de la persona por éste designada.

Nuestro Santísimo Padre, considerando el mérito y los incalculables resultados que ha de producir en favor de la Iglesia Católica tan santa empresa, se digna otorgar de benignidad apostólica la más amplia bendicion á todos cuantos de cualquier manera contribuyan á facilitar su buen éxito.

Confiado en la piedad y singular amor que V. E. R. ha profesado siempre á los Lugares Santos de nuestra redencion, se promete el que suscribe su eficaz cooperacion en tan laudable asunto.

Dios guarde á V. E. R. muchos años. Madrid, 1.º de Julio de 1881.—Fr. Manuel Pascual, Procurador general de T. S.

—El infrascrito, Nuncio Apostólico, autorizado en especial manera por el Emmo. Cardenal Secretario de Estado de Su Santidad, recomienda á la piedad y celo de V. E. R. tan laudable asunto. Al propio tiempo ruega á V. E. se sirva remitir las limosnas recogidas al Excmo. é Illmo. señor Obispo de Barcelona.

Madrid 4 de Julio de 1881.—A. Arzobispo de Mirá.  
—Excmo. é Illmo. Sr. Obispo de Salamanca y Administrador Apostólico de Ciudad-Rodrigo.

S. E. I. el Obispo, mi Señor, confia que los Señores Curas Párrocos y Ecónomos, mirando este asunto

con el interés que merece, escitarán la caridad de los fieles en favor de unos propósitos tan santos como son los enumerados en la carta precedente, y enviarán las limosnas que al efecto recogieren á esta Secretaría de Cámara, donde está encargado de recibirlas D. Fernando Iglesias, Beneficiado de la Santa Basilica Catedral.

Salamanca 30 de Agosto de 1881.—*Dr. Atejo Izquierdo y Sanz*, Secretario.

---

## UNIVERSIDAD LITERARIA DE SALAMANCA.

### *Junta de los Colegios Universitarios.*

Habiéndose acordado por esta Junta y aprobado por la Superioridad la creacion de una beca que conserve la memoria del extinguido Colegio de Sta. Cruz de S. Adrian de esta Ciudad, fundado en 1545 por D.<sup>a</sup> Isabel de Rivas, esposa del Dr. Tapia, Catedrático de Prima de Cánones en esta Universidad, se hace saber así por medio de este anuncio para que los jóvenes que se encuentren en condiciones de optar á ella presenten sus solicitudes documentadas dentro del término de un mes á contar desde la publicacion de este anuncio en la *Gaceta* de Madrid, Boletines oficiales de esta provincia y la de Ciudad-Real, y Eclesiásticos de las Diócesis de Santiago y Salamanca.

La beca que se anuncia podrá ser para cualquiera de las carreras que se siguen en esta Universidad

Literaria, donde el agraciado habrá de hacer precisamente sus estudios, así como en el Instituto provincial de esta Ciudad, si cursase los de 2.<sup>a</sup> enseñanza.

Son condiciones para optar á ella las de ser soltero, católico, hijo legítimo y de legítimo matrimonio, tener hechos los estudios de Gramática latina, y no poder seguir una carrera literaria sin grave detrimento de los intereses de su casa, declarándolo y probándolo así debidamente.

Bajo estas condiciones se concederá preferencia á los descendientes de los fundadores; y á falta de éstos, á los que la gozan en las becas del Colegio de Sta. Cruz de Cañizares, á que estuvo incorporado el presente, por el orden siguiente: 1.<sup>o</sup> los parientes del fundador de este último Colegio, Illmo. Sr. D. Juan Cañizares, Arzobispo electo de Santiago; 2.<sup>o</sup> los naturales de la Ciudad de Almagro; 3.<sup>o</sup> los de la Diócesis de Santiago, y 4.<sup>o</sup> los de la Diócesis de Salamanca.

No constando que hubiera en este Colegio institución de Patrono, la provision se hará directamente por la Junta y el agraciado con ella disfrutará la pensión de dos pesetas diarias, teniendo además opción á que se le costée el título de Licenciado en su carrera, si hiciere esta en las condiciones establecidas al efecto y de las cuales, así como de todas las demás para posesionarse de la beca y mantenerse en su disfrute, se le enterará oportunamente.

Salamanca 31 de Agosto de 1881.—*El Rector Presidente*, DR. MAMÉS ESPERABÉ LOZANO.—*El Vocal, Secretario*, DR. MARIANO ARÉS.

## CONTRA EL LIBRO DE M. DRAPER.

Aún cuando hay necesidad de proceder con cautela en la recomendación de libros y escritos en el BOLETIN por los peligros que se ofrecerían de recomendar obras inútiles, no debemos guardar silencio sobre la que acaba de publicar el reputado filósofo y ferviente católico D. Juan Manuel Ortí y Lara, titulada *La Ciencia y la divina Revelación*, con el fin de demostrar que entre las ciencias y los dogmas de la religión católica no pueden existir conflictos según se pretende hacer creer á las gentes de escasa instrucción ó de juicio estraviado, por los que un día y otro día repiten sus tentativas para desacreditar nuestra fé, como recientemente lo han procurado con el libro tan ponderado y con tanto empeño difundido del médico norte-americano Draper.

Los malos son sostenidos en el mundo para ejercitar y perfeccionar la virtud de los buenos, y las herejías, en medio de ser la mayor desgracia en el mundo, sirven para el mayor prestigio y brillo de la verdad. Dios ha permitido pues que un naturalista infatuado por sus conocimientos en medicina y fisiología haya querido presentar batalla general á la revelación ó, mejor dicho, á la ciencia católica, demostrando su apasionamiento al discurrir sobre las ciencias que versan acerca de la materia, su incompetencia al ocuparse de las de otro orden y su completa ignorancia de muchas en que también el error tiene que revelarse contra la verdad católica que soberanamente brilla en todo el campo por donde se extiende

la especulacion humana. Contra una obra tan incompleta si la comparámos con su mismo título de *Conflictos entre la religion y la ciencia*, y en la que la falta de fuerza en la argumentación se suple constantemente con la insolencia del ataque, se han escrito numerosas refutaciones que convenientemente utilizadas servirian seguramente para escribir una apología que fuese un monumento de gloria para el cristianismo en nuestro siglo. En nuestra España se ha tomado con tanto empeño el refutar la diatriba de Draper, dándole por supuesto una importancia que no tiene, que los escritores han rivalizado en celo por la gloria de Dios y de nuestra santa fé, hasta el punto de no saberse á cuál de las obras que se han producido debe darse la preferencia; solamente se las puede distinguir y apreciar su mérito especial, atendiendo al aspecto, bajo el cual han examinado la cuestion. El P. Fr. Tomás Cámara, del Colegio de Agustinos en Valladolid, sábio y humilde religioso, que en su juventud es ya una gloria para la ciencia católica, escribió con la prontitud y facilidad á que su talento y erudicion se prestan, una refutacion analítica del libro impío que se anunciaba como un portentoso acontecimiento. Su obra mereció en general los aplausos de los católicos, y aun hubo Prelado que no sin grande acierto la señaló como texto en su Seminario para estudiar las relaciones de la teología con los adelantos modernos de las ciencias naturales. Pero el modesto autor no proponiéndose otra cosa que dar á conocer con la mayor claridad posible la insubsistencia de las afirmaciones de Draper, y tomando por modelo á su gran Padre S. Agustin en su refutacion contra los

herejes, no tuvo medio de tratar en forma la cuestion capital que en este caso se ventila, si bien la dá por resuelta en vários pasajes de su obra intercalada frecuentemente de altísimas ideas filosóficas. El Sr. Orti, que acaso al escribir su libro tenia ya conocimiento del del P. Cámara, ha tomado un camino distinto del que siguiera el sábio Agustino, y ha demostrado *á priori*, sin contar con los hechos, y solo discurrendo desde los principios; que pues el origen de la ciencia y de la fé es uno mismo y distinto su respectivo objeto, es imposible entre ambas conflicto alguno. El asunto está tratado con toda la elevacion que se le puede dar cuando se escribe para una generacion disipada y de poquísima profundidad científica. Además, los que tengan la buena idea de leer tan estimable libro, encontrarán en él citados los de más mérito que se usan en nuestros dias para la defensa y apologia de la religion católica. El ilustre Catedrático de la Universidad Central habiendo consagrado su vida con el celo propio de un varon apostólico á ilustrar y propagar la ciencia cristiana, no reconoce superior en bibliografia católica contemporánea.

---

**Santuario de Nuestra Señora de la Peña de Francia.**

*Copia del acta levantada el dia tres de Agosto de mil ochocientos ochenta y uno, en el pueblo de la Alberca:*

En el pueblo de la Alberca á tres dias del mes de Agosto de mil ochocientos ochenta y uno, reunidos

en sesion los Sres. D. Carlos Martin, D. Gregorio Gonzalez, D. Francisco Tapia, D. Julian Gonzalez, D. Andrés Hernandez y D. Lorenzo Calvo, como Presidente y vocales de la Junta de reparacion del Santuario de Nuestra Señora la Virgen de la Peña de Francia en la casa rectoral de dicho pueblo, se abrió por el Sr. Presidente D. Carlos Martin la sesion, dando lectura de una comunicacion de S. E. I. el Sr. Obispo de Salamanca en que participa las medidas tomadas para corregir la inconveniente conducta del Elemosinario Matias Perez, asi como insiste en la conveniencia de que todos los dependientes del Santuario cumplan y se atengan á sus obligaciones y muy en especial en lo que se refiere á la residencia del Sr. Capellan; y despues de enterados de todo ello y prestado su acatamiento y conformidad á lo en ella contenido, prévia detenida deliberacion acordaron:

1.º Suspender lo que se refiere al Matias Perez hasta tanto que se presente, rinda cuentas y explique su anómala conducta, procediendo á su vista con severa energía, si hubiere lugar á ello.

2.º Comunicar al Sr. Capellan la obligacion en que está de permanecer asídua y constantemente en el Santuario, pudiendo solo en los meses de Diciembre, Enero y Febrero trasladarse á otro punto próximo por lo riguroso de la estacion, y solo en caso de que los temporales hiciesen necesaria la ampliacion del término de dichos tres meses podrá hacerlo, prévia licencia del Sr. Presidente. Que no podrá ausentarse del Santuario por mas de tres dias sin dar aviso al Sr. Presidente, notificándole además de su ausencia, quien sea el Eclesiástico al que deja encargado de sus

funciones; si su ausencia debiere pasar de tres dias, hasta ocho deberá obtener licencia del Sr. Presidente, y si hubiere de pasar de ocho, necesita la licencia del Prelado; debiendo tener entendido que los dias que faltase á lo preceptuado dejará de percibir la congrua á ellos correspondientes, sin perjuicio de otras penas que estimase justas el Prelado, segun la falta.

3.º Se acordó concurrir con puntualidad al Santuario los dias siete y ocho del próximo Setiembre, á fin de cooperar é intervenir en el buen orden y resultado de las festividades de dichos dias, y que habiéndose invitado á D. José Gonzalez Sistiaga, Magistral de la Iglesia Colegiata de Ciudad-Rodrigo para orador, quien aceptó este encargo y ofreció desempeñarlo gratuitamente, se determinó que el Sr. Presidente se encargase del modo y forma del viaje, así como de la estancia de dicho Sr. Magistral, siéndole abonados los gastos que se le ocasionasen, y que él mismo tomara á su cargo la provision de medallas que conceptuase necesarias.

4.º Se revisaron las cuentas pendientes de dicho Santuario, quedando encargado el Depositario y Capellan de ultimarlas para presentarlas en época próxima á la definitiva y concluyente censura por la Junta. Con lo que se dió por concluida la sesion que firman los concurrentes:—*Cárlos Martin*.—*Br. Gregorio Gonzalez*.—*Francisco Tapia*.—*Andrés Hernandez*.—*Lorenzo Calvo*.—*Julian Gonzalez*.

Concuerda con su original.—*Cárlos Martin*.